

teri quoque cogimur, vaporem  $\text{Srii}$ , inprimis cum  
 Ino adulterati summè noxium esse, id quod tamen  
 de  $\text{Srio}$  &  $\text{Sre}$  invicem ligatis affirmare non possu-  
 mus. Communi insuper & factitiæ Cinnabari non  
 fidendum etiam semper est, cum sæpè, ut fiat ru-  
 tilantior, adjecto arsenico præparetur. Interim  
 Cinnabaris hæc nativa, ut etiam  $\text{Srii}$ , ob stupen-  
 dam earum efficaciam in infinitis adfectibus de-  
 mulcendis summo in æstimo habenda est.

## CAPUT XXV.

*Modum, quo Cinnabaris Mineralis preparata  
 suam absolvit operationem, exprimit.*

**V**entriculi digestionem minimè patet Cinnabaris  
 mineralis, neque in corporis nostri œcono-  
 miam recipi potest, adsumpta tamen, quamdiu hæ-  
 ret in stomacho, Archeum nostrum alterando va-  
 riè mireque afficit. Hæc igitur odoretenus, aut  
 nudo tantum aspectu variis mirisque modis no-  
 strum alterat Archeum; hinc ut terra mineralis la-  
 pidefcens à calore nostro atteri, & in actum deduci  
 nequit; & ita substantiâ eadem, & modo eodem,  
 quo assumitur, eodem etiam immutata rejicitur;  
 alimentum enim non est, quod in corporis nostri  
 œconomiam distribuitur, sed medicamentum,  
 quod licet corporis nostri meatus non penetrare  
 valeat, variè tamen mireque Archeum ventriculi  
 nostrum alterando afficit, ut in morbis curandis sæ-  
 pè præstet miracula. Nec obstat per alvinam regio-  
 nem sæpè eodem, quo assumptum fuit, pondere &  
 modo iterum ejici, nihil tamen hoc derogat salu-



tari illius effectui. Non solum Cinnabaris nativa, sed etiam Bezoardicum martiale, solare, lunare, specificum cephalicum *Iob. Michaëlis*, & omnes gemmæ præparatæ, eodem etiam modo, quo assumpta fuerunt, dejiciuntur, & tamen sæpè maximæ sunt energiæ. Ejusmodi namque medicamenta mineralia citra sui dissolutionem, citra sui penetrationem, & immutationem, liberè, imò etiam eminus operantur in sopitum vel succensum Archeum, solo quasi sui aspectu, irradiatione, vel ejaculatione suarum virium in medio productarum, retentis adhuc pristinis & non mutatis pondere & proprietatibus.

Modum hunc agendi Cinnabarinum eleganter illustrat *Ærius diaphoreticus*. Hic nihil aliud esse videtur, quàm Cinnabaris quædam, cui æur internum *Æli* *Æris* fuit affusum, & ita fixatum est; à ære enim hoc *Ærius* veluti servus fugitivus ligatur, & æur ejus intrinsecum detegitur. Hic etiam omnem aspernatur digestionum laborem. In superficie ludit dulcedo ejus æris, pars autem *Ærii* per æur obtecta externum, latet, nec operatur, nisi per speculum læens trans æur, & sic Archeum non solum sui ad lubitum affectat, sed & insensibiliter fermentorum peregrinorum immutatione, abstersione & ablatione spirituumque seu virium restauratione potens est.

Cinnabarin *Ærii* potissimum ligaturâ & dispositione agere scribit *Excell. Dan. Ludovici Pharm. dissertat. i. pag. 340.* Et vix in stomacho vel pusionum observatione resolvitur, uti disserit *pag. 352.* sed incomprehensibili ferè, nec tum determinato contactu defubito sæpè, cum consimilibus aliis, quod suum est, agit. Et in Cinnabari principium mul-



multæ energiæ æri puro adscribit Dn. D. Georg. Wolffg. Wedelius *Pharmac. lib. 2. sect. 5. cap. 3.* Sulphura namq; pura absorbent, diaphoretica, nervina & anodyna sunt. Naturæ hæc nostræ sunt amica, & humoribus acidis atque acris insigniter dicata. Absorbent igitur hos, si quæ alia, edulcant, saturant, figunt; undè quies optata lassatis spiritibus & membris exoritur, dolores omnes conticescunt, & acrimonia irritans nervosum genus & membranofum sopitur, ac annihilatur. Exemplo sit vel unica Cinnabaris nativa est Æniata. Sic etiam *lib. 2. sect. 6. cap. 8.* æris & Æri ligaturæ omne operationis principium tribuit. Cinnabaris, inquit, nativa, si arenosa & saxea absit, & secludatur, ubi opus, substantia, non eget menstruo, ut extrahantur, vel solvantur partes, sed qui vires, quas possidet, utiliter impendere gestit, eo modo, quo natura illam miscuit, uti eadem opus est, cum nec in ære solo, nec admixtis partibus solaribus, vel aliis solis eadem reperiantur, sed ex utriusque mixtione resultent.

Simili ferè modo remedia à Galeno appropriata dicta, mortalibus gratis à summa bonitate data, quamque plurima ferè insipida, quorum virtutes nec odore, nec sapore, sed solâ experienciâ cognoscuntur, solum in stomacho officium suum peragunt administrantque, ubi prudens, acidus, mollisque ignis, cuncta in corpore gubernans ea cognoscit, amplectitur, eorumque vires ad partes affectas dirigit.

Sic ostiocolle pulverisata parvaque in quantitate ore assumpta ossa fracta celerrimè conglutinat, quia acidum specificum ibidem putrefactivum solutum sorbendo coagulat: ejus tamen pulvis ad fractum os non perreptat; eò enim pervenire non potest;



oportet itaque, ut in stomacho suum officium peragat, administretque; illicò nempe ibi cognoscitur à prudenti molli igne, ut gratus hospes in hoc casu, cujus ignis ope lapidis divinum festinat ad individui conservationem, quod postea lubens amplectitur natura, ut quid sibi conveniens & concordans. Sic etiam dens apri pulverisatus, & per os assumptus pleuriticos mirè sublevat: idem præstat & hirci sanguis, ut & tauri vel cervi priapus carptus vel pulverisatus; quæ omnia ferè sunt insipida; non ideo quòd pleurà sit amica priapo, ut quidam censent; ad pleuræ enim membranam priapus non admittitur: sed argutus prudensque iudex in stomacho sedens ejusmodi appropriata medicamina cognoscit, eaque amplectitur, dirigitque, ut furiosum acidum invisibilis mollis ignis radium dissolutum & putrefactivum coagulent, transnutent, contemperent, dulcificent, permisceant, atque per urinam tandem educant. Vid. *Ottonis Tachenii Tr. de Morbor. Principe cap. 9. pag. 125. 126. & 127.*

### C A P U T XXVI.

*Solius Cinnabaris Mineralis preparata usum, nec alia medicamenta Spagyrica ex ea esse paranda suadet.*

**S**implicitatem amat natura: hoc deprehendimus certum in Cinnabari nostra minerali, ubi melius salutariusque judicamus eam saltem præparatam usurpare, quam spiritum, tincturam, elixir, crocum, flores, magisterium, &c. ex ea spagyricè prolicere, istaque ægris infelici sæpè cum successu exhibe-